D. JOH. CHRISTOPHORO HARTUNG,

DISSERTATIO JURIDICA, DE JURISDICTIONE CONSISTORIALI,

Oder

Von der

Gerichtsbarkeit geist=lichen Gerichts.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,
ANNO M DCC XXV.

Præfatio.

Religionis ac rerum ſacrarum Curam non minus ac juſtitiæ adminiſtrationem ad Summum magiſtratum Politicum ſpectare, rectiſſime dicit Arniſ. *lib. 2. c. 6. de jure Majeſtat.* cui accedit magnum illud Theologorum Lumen D. Gerhardus in hac noſtra Salana olim Profeſſor celeberrimus *Tom. 6. loc. de Magiſtr. Polit. §. 165. & ſqq.* Idque ipſum eſt, quod magiſtratus dicitur Cuſtos utriusque tabulæ *Cauſ. 23. q. 5. c. 23.* & intuitu duplicis hujus poteſtatis Politicæ & Eccleſiaſticæ Imperatores Romani quondam Titulo Pontificis honorati fuere, teſte Iſidoro *in C. 1. diſt. 21.* quin hoc ipſum quoque haud obſcure ex definitione noſtræ Jurisprudentiæ colligi poteſt, quando Jure Conſultus Ulpianus *in l. 10. §. 2. ff. de J. & J.* eam deſcribit: quod ſit divinarum atque humanarum rerum notitia, ubi per res divinas Doctores noſtri non incommode intelligunt jus, quod ad Dei cultum extremum pertinet, nimirum ad Eccleſias ea-

rumque privilegia, jura & patrimonium, item jus quod spectat ad damnationem hæreticorum, qui a fide orthodoxo & Ecclesia divortium faciunt & impie dissentiunt, de quo jure est *Lib. 1. Cod. Tit. 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.* vid. Bocerus *Cl. 1. disp. 1. n. 7.* Unde & in utroque simul jure renunciantur adhuc hodie Doctores & salutantur utriusque juris Doctores, Besold. *lib. 1. Polit. c. 1. & de Majest. c. 1. §. 3.* De his, quæ ad jurisdictionem Ecclesiasticam pertinent, & quæ suo possunt modo ad res divinas referri, placuit præsentem conscribere dissertationem, quam non in morem scioli ex lascivo quodam pruritu, sed ex intimiori in jus Ecclesiasticum inquirendi cupiditate, elaborare suscepi. Etenim monente Magno Jure Consulto, Dn. Carpzovio in præfatione ad suam Jurisprudentiam Ecclesiasticam, jurium Cultor non in cognitione juris privati subsistere, sed etiam juri Publico & Canonico, quod posterius quatenus in terris Protestantium usu receptum est, duplicem rerum materiam exhibet, Ecclesiasticarum & forensium, animum intendere debet, si aliquando nomen jurisperiti præ se ferre, nec nudo titulo & inani oblectamento se talem venditare, velit. Nec etiam eo fine, ut me aliquid novi invenisse jactitarem, siquidem quamplurimi Viri scientia juris Divini & Canonici insignes, tam Theologi quam Jure Consulti, quos hinc inde in ipsa disputatione citavi, de hac materia scripsere; Sed multo magis eo fine, ut vires ingenii specimine aliquo publico explorarem, neque monitis Carpzovianis obsequentem præ-

rum

berem. Interim Tibi, Candide & Cordate Lector; præsens thema commendo, tuumque forte limatius ut addas judicium decenter oro. Te autem, omnium rerum Arbiter ac Moderator Sapientissime, Æterne Deus, supplex posco, velis susceptum laborem nutu Tuo regere; Tuaque temperare providentia, ut cedat in tremendi Tui Nominis Gloriam sempiternam. Esto itaque

CAPUT I.

DE
Jurisdictionis Consistorialis Definitione, Nominali & Reali.

THESIS I.

QUanquam me veniam facile obtenturum confidam, si sub initium a tramite, quem Exercitia academica conscribentes ante oculos ponere seduloque observare assolent, declinem atque deflectam, & statim me ad thematis tractationem, accingens fusiorem vocabulorum evolutionem jurisdictionis scilicet & Consistorii, adponere supersedeam; Nihilo tamen minus, cum secundum facundiæ & prudentiæ Patris præceptum *lib.1.ff.* omnis, quæ a ratione de aliqua re suscipitur institutio, proficisci debeat a definitione, ut intelligatur, quid sit id, de quo habetur disputatio: per se quoque regulariter naturam ac indolem alicujus rei investiganti incumbat, ut omnibus postpositis ea primum, quæ ad ejus uberiorem cognoscendi cultum quidquam conferre valeant, præmittat, ea vero, quæ ejus pleniori cognitioni & intellectui obstare videntur, removeat; ideo & ego huic mori morem geram, & confestim in limite occurrentium vocabulorum incunabula penitius paulo inspiciam.

TH. II.

Ad vocabulum jurisdictionis quod attinet, illud dici a jure dicendo *arg. l. 1. ff. de jurisd.* patet, & quamvis circa hanc etymologiam dubium moveant Azo, Accursius, Tiraquellus, Zasius & alii, qui jurisdictionem quasi jurisditionem esse volunt, tamen eorum opinio videtur legibus civilibus minus congruere, quia hanc derivationem cum nominis figura tum literarum numerus plane & prorsus respuunt: quod vel maxime ex utriusque vocabuli significatione conspicuum est, cum jurisditio denotet potestatem publicam & privatam personis imperandi, *arg. l. 2. C. de Libert.* Jurisdictio vero facultatem jus dicendi vel reddendi Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 1. c. n. 11.* Arum. *de jure-publ: vol. 3. disp. 15. th. 2.*

TH. III.

Varias jurisdictio habet acceptiones, quas autem dedita opera hic omitto, eas tamen collegerunt Pauermeister. *de jurisdict. lib. 1. c. 1. per tot.* Sutholt, Menochius, Wesenbecius, Albanus & Besoldus, quorum opiniones pro dignitate examinare nec temporis nec instituti mei ratio permittit. Quocirca hac vice tradidisse sufficiat, jurisdictionem in Legibus Romanis vel late sumi, prout sub se comprehendit notionem, cognitionem, pronunciationem, decretum in omni causa, sive ea sit Civilis sive Criminalis, quo sensu generali in se quoque continet merum Imperium, nec ab eo distinguitur, quin potius Imperio utens jurisdictionem exercere dicitur *l. 1. ff. de officio ejus cui mandat. est jurisdict. l. 2. §. 23. de O. J.* Lauterbach. *in suo comp. jur. tit. de jurisdictione p. m. 34.* Wesenbec. *ad ff. tit. de jurisdict. n. 2.* Obrecht. *lib. 1. c. 2. Tr. de jurisdict. diff.* Magnif. Struv. *Ex. 4. th. 51.* Dn. Hahn. ad Wesenbec. *Tit. de jurisdict. n. 2.* vel stricte pro potestate jus dicendi in causis civilibus jure magistratus competente.

TH. IV.

Jurisdictionem ab objecto commode dividi in secularem & Ecclesiasticam vulgo notum est. vid. Hahn. ad Wesenbec. *de jurisdict. n 8.* & videtur ipse noster Gloriosissimus Justinianus hanc divisionem suppeditare *in Novell. 6. pr.* dicendo: Maxima in hominibus sunt dona Dei a superna collata Clementia *Sacerdotium* & *Imperium* illud divinis ministrat; hoc autem humanis præsidet ac diligentiam exhibet, quæ divisio nequaquam in ratione civili fundata est, sed infallibili juris divini fundamento nititur *Matth. 20. v. 25. Marc. 12. v. 18. Joh. 18. v. 36.* eamque Gelasius Papa bene agnovit ad Anastasium Imperatorem sic scribens: Duo sunt quippe, Imperator Auguste,

qui-

quibus principaliter hic mundus regitur, Regalis potestas & Authoritas sacra Pontificum, *c. 10. d. 96* quæ species Jurisdictionis multum quantum a se invicem discrepant, nimirum Ecclesiastica circa res spirituales versatur, secularis circa seculares latissime occupatur, quin & ratione processus inter eas magna intercedit differentia, velut demonstrat Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 1, n. 21, & 22.* De illa, non de hac, impræsentiarum mea erit disputatio.

TH. V.

Absoluta onomatologia vocis jurisdictionis hujusque divisione principali, pergo jam ad alterum inscriptionis vocabulum, Consistorium scilicet, dicitur autem hoc a consistendo, quod judices ibi consistant, ejus ab Imperatore nostro fit mentio *in l. fin. C. de off div. jud. & in l. 1. C. de comit. Consist.* referturque ibi ad *συνέδριον* Principis, in quo legatos & quoscunque Princeps admittit & audit. Est autem Consistorium nomen generis & speciei, & accipitur generaliter pro quovis judicio, uti sumitur ita *in d. l. C. de Comit. Consist. & l. ult. C. de offic. divers. jud.* inque hoc largiori sensu nihil aliud est, quam locus, in quo consultationis gratia homines congrediuntur, sive consistentium multitudo, ut ita Consistorium accipiatur pro quolibet judicis ordinarii auditorio, Mantua Bodinus *in polymath. lib. 4. c. 8.* vel specialiter pro solo judicio Ecclesiastico, in quo causæ ac negocia duntaxat ecclesiastica ventilantur, ademta judicibus secularibus facultate ejusmodi de causis cognoscendi, & quod olim sub Papatu fuit cognitionis atque judicii Episcopalis, id hodie est Consistorii in terris statuum Evangelicorum, nisi per hos quidquam sit exceptum aut secus ordinatum Dn. Mev. *3. d. 257. n. 1.* & in hoc sensu speciali Consistorium acceptum est hujus loci.

TH. VI.

Præcognita itaque utriusque vocabuli origine sive absoluta definitione nominali, pergo jam majora moliens ad realia inprimis autem ad definitionem, definio autem sive describo potius jurisdictionem Consistorialem, quod sit potestas rerum ad doctrinam & disciplinam ecclesiæ pertinentium. Genus in hac definitione sustinet verbum potestas, quod hoc loco non notat actus oppositum, quomodo Metaphysicis ens actu vel potestate seu potentia esse dicitur; nec notat agendi potentiam physicam, quomodo qui robusto est corpore potentiam & potestatem habet ambulandi, sed notat facultatem moralem ad aliquid juste agendum vel expediendum alicui competentem vid. H. Grot. *de J. B. & P. L. 1. c. 1. §. 4.* seu imperium, quo in significatu nomen potestatis occurrit in *L. 215. ff. de V. S.* ibi Gödd. differentiam specifi-

cam ostendunt sequentia rerum ad doctrinam &c. ex quibus innotescit hanc facultatem sive potestatem moralem ab objecto potissimum differre ab aliis juribus, quæ circa res & actiones humanas seculares latissime versantur. Tantum de Definitione Nominali & Reali, sequitur nunc

CAPUT II.

De Origine ac subjecto jurisdictionis Consistorialis.

TH. I.

ANtequam in jurisdictionis Consistorialis subjectum accuratius inquiram, operam me non perdidisse arbitror, si de origine ac statu veteri jurisdictionis ecclesiasticæ quædam præmittam. Latissimus vero hic sese aperit discurrendi campus de jure circa sacra Episcopali, quod olim & adhuc hodie Pontifex & Episcopi non absq; insigni arrogantiæ nota sibi assignant, ejusq; nostros Principes seculares nimis audacter incapaces pronunciant. Verum pro ratione suscepti laboris, horum tantum fundamenta, quibus probare nituntur jus circa sacra, cujus pars saltim est Consistorialis jurisdictio Magnif. Dn. Stryke *in add. ad Brunnemann. jus Eccles. lib. 1. c. 6. membr. 12. n 1.* sibi competere, in lucem proferam, ac deinde his destructis ostendam, penes nostrates Principes vere ac recte esse jus circa sacra & per consequens Consistorialem jurisdictionem: Nimirum postquam Romani Pontifices reverentiæ, humilitatis ac obedientiæ erga Imperatoriam Majestatem incuriosi gliscente cautim paulatim superstitione, eam mox banno incluserunt, mox armis divexarunt, excidit illa per horum ambitionem sensim usu juris ac curæ sacrorum, & illud in suis territoriis, quod tamen merito atque optimo jure potuisset, amplius exercere non est ausa, inducta opinione erronea ac admodum superstitiosa credidit, soli Pontifici Romano tanquam Summo Pontifici cœterisque episcopis Jus ac potestatem ecclésiasticam in Pontificem ex falsa vana ac ficta reverentia erga istum contulit. Hoc erat e re Pontificis. Nam ille semper in eo totus fuit, ut potestas ac cura sacrorum a Majestate Civili & jurisdictione Statuum territoriali esse disjuncta & separata, credens Principes seculares non habere sensus exercitatos in scripturis, nec de verbo Dei semper

pus

dextre posse judicare, præsertim quod Magistratus secularis sit de numero ovium non Pastorum Bellarmin. *lib. 1. de Rom. Pontif. c. 7. & de Laic. lib. 3. c. 17.* ubi multa de Pontifice Romano gloriose jactat & invehit in eos magno animi impetu, qui Principibus secularibus circa ecclesiastica disponendi vel eadem dirigendi aut in ordinem redigendi facultatem competere asserunt. Cæterum multa adhuc majora sedes catholica more suo, hoc est, impudenter ac injuste contra Imperatoriam Celsitudinem molita est, cui ausui tamen aliquoties expresse ab Imperatoribus aliisque Regibus contradictum est, id quod elegans exemplum Philippi Pulchri, Regis Galliæ, ostendit, cum enim Bonifacius VIII. ad illum ita scriberet: Scire Te volumus, quod in spiritualibus nobis subes: Rex respondebat: sciat magna tua fatuitas etiam in spiritualibus nos nemini subesse; vel ut recensetur in einem Außschreiben Joh. Casimirs Pfaltzgraffen pro Gebhardo Electore Coloniensi. Wir Philippus von GOttes Gnaden entbieten wenig Heil oder gar keines Bonifacio, der sich für den obersten Bischoff ausgiebt. Es soll wissen Eure grosse Thorheit, daß wir in geistlichen Dingen keinem unterworffen seyn, und daß die Kirchen Pfründen Collation aus Königlichen Rechten Uns zugehöre, die aber anders gläuben, die halten wir für Thoren und unsinnig. Gegeben Pariß ꝛc.

TH. II.

Fundamenta & argumenta, quæ de competentia circa sacra afferunt, tantum valorem tantamque vim non habent, ut iisdem suam assertionem stabilire ac confirmare possint. Provocant autem imprimis ad jus divinum & ad praxin veteris testamenti, quæ quamvis e diametro istis refragetur, nihilominus inde ita colligunt: quod quemadmodum in veteri Synagoga ex dispositione summi Jehovæ vel uni summo Sacerdoti cura sacrorum commissa fuerit, vel Levitis, ita in hodierno ecclesiæ statu, quæ non cedat veteri synagogæ, vel ad unum Sacerdotem vel ad omnes spectare: Confugiunt quoq; ad ipsum Christum Servatorem nostrum, eumque patronum invocant, quippe qui in exaltatione sua imperia ac regna a Cæsare cæterisque Principibus Secularibus avulsa per suos Apostolos Pontifici Papano ejusque Episcopis tradiderit atque commiserit, id quod ex novo testamento demonstrare enituntur citantes *Matth. 16. v. 19.* Tibi dabo claves regni cœlorum, super hanc petram ædificabo ecclesiam meam *v. 18.* ut pasce oves meas *Joh. 21. v. 12. & 18.* non erubescunt quoque asserere se per præscriptionem hoc jus acquisivisse, longissimo tempore, bona fide ac justa possessione id exercuisse, & quæ sunt alia, quæ in defensionem suæ opinionis temerario & vano ausu substernunt.

TH. III.

TH. III.

Hisce non obstantibus rectius a verius hoc jus sacrorum & consequenter quoque jurisdictionem Consistorialem Hug. Grotius *in Tractatu suo posthumo de Imper. Summar. Potestat.* circa sacra, Dn. Brunnemann. *in jur. Eccles.* aliique Evangelici summæ Majestati Civili seculari adscribunt & attribuunt. Non autem hic intelligo absolute supremum Imperium in sacra, hoc enim soli Deo Gloriosissimo competit, Dn. Brunnemann. *Jur. Eccles. lib. 1. 2. th. 3.* Sed sermo mihi est de temporali in terris potestate & hæc summo jure est adscribenda supremæ potestati seu Majestati Civili, id quod non difficile probare foret tam ex naturalibus quam politicis Principiis, quod vero ad evitandam prolixitatem consulto intermitto, & paucis tantum tangam eas, quas Pontificii ex sacris depromunt, objectiones. Statim vero in initio apparet, quam frivolus eorum prætextus sit, quem de Sacerdotibus Hebraicorum afferunt, quin potius praxis veteris testamenti contrarium sustinet. Sic Deus per Mosen, Principem populi Hebraici, Sacerdotium una cum Republica Hebraicorum constituit, quem etiam utriusque status voluit esse custodem, conservatorem atque vindicem, Mosen enim Aaronis Deum, Aaronem vero Os & orationem Moyses appellat, *Exod. 4. v. 16.* & *Exod. 7. v. 1.* Aaronem Moyses prophetam vocat. Idem Moyses primus collegium Leviticum instituit: ordinatimque alios aliis & unumquemque peculiariter suo præfecit officio: Eleazarum vero Aaronis filium reliquis omnibus præposuit Antistitem, *Num. 3. v. 32.* & *Deut. 10. v. 6.* Initium autem publici Sacerdotii apud Hebræos in hoc fecit, quod Aaronem cum quatuor filiis Nadabo, Abihu, Eleazaro & Ithamaro sacerdotes perpetuos, exclusis ab hoc officio peregrinis, jussu Divino Moyses eligit, quos & aqua abluit, & habitu induit Sacerdotali, & unguento sacro inunctos solenniter consecravit, *Exod. 28. v. 1.* & *c. 29. v. 4.* & *c. 30. v. 30.* ex quibus intelligitur duas illas dignitates, Ecclesiasticam & Politicam in uno subjecto residentes juri divino nequaquam repugnare. Etenim duplici munere Moyses in institutione sacerdotii functus est: Prophetæ cum lavis Aaronem ejusq; filios, cum inunxit, cum consecravit: Principis vero officium sustinuit in hoc, quod Sacerdotium ipsis confirmavit, utque perpetuum esset, authoritate Regia sancivit. Sed huic exemplo occurrunt dicendo, Moysen hæc omnia egisse ex speciali commissione divina, producamus Davidem sacra ordinantem, at enim hunc spiritu prophetico omnia peregisse ajunt, quod vero ipsis incumbit probare licet enim Davides propheticis donis mirum in

modum

modum exornatus fuerit, regulariter tamen, quæ gessit, muneris regii sunt. Produci ex Regibus Israeliticis potest Joas, qui non Propheta sed Rex fuit. Pluribus hoc probat Weber. *de Consist. c. 13.* Quod attinet illa Christi ad Petrum Apostolum *Matth. 16. v. 18. & 19.* & *Joh. 21. v. 15.* quis inde colliget majestatem in sacra Pontifici esse tributam? Etenim super petram ædificare Ecclesiam, non est concedere dominationem; dare claves regni cœlorum, non significat dare jurisdictionem in omnes universi orbis ecclesias; pascere oves non denotat habere imperium absolutum & supremum vid. Magnif. Dn. Petr. Müller *in Disp. de Juris Episcopal in terris Protestantium à Romano-Catholicis injuste prætensa Reviviscentia. Sect. 1. §c. 2. th. 4.* parum itaque de patrocinio Christi in hac causa jactare possunt, quin potius Christus Pontifici atque Episcopis denegat omnem vim coactivam externam, & soli Majestati Civili eam committit atque commendat *1. Tim. 2. v. 2. Rom. 13. v. 1. Matth. 20. v. 26. Luc. 22. v. 27.* & *Deut. 17. v. 18.* custodia utriusque tabulæ Civili potestati committitur, curamque circa sacra per hoc eidem sat luculenter defert. Parum quoque se munire possunt titulo præscriptionis, mala enim fide & summe injusto titulo, quicquid juris in sacra Imperatoribus eripuere & extorsere, possederunt, non enim alium titulum, quam fraudem ac dolosam machinationem allegare possunt.

TH. VI.

Non solum autem ex sacris demonstrari potest, summæ potestati civili jus sacrorum competere, sed etiam ex ipsis canonibus testimonia proferri possunt & Pontificios suo quasi gladio jugulare possumus, proinde etiam propter ruborem, quo intuentes inde suffunduntur, ea falsitatis arguunt ac rejiciunt, sed incassum & frustra; non exiguum nobis exhibet *c. 22. dist. 63.* ita loquens: Hadrianus Papa cum universa synodo tradiderunt Carolo & potestatem eligendi Pontificem & ordinandi Apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatus ei concesserunt. Insuper Archiepiscopos & Episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere diffinivit, & ut nisi à Rege laudetur & investiatur, episcopus à nemine consecretur, & quicunque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodaret, & nisi resipisceret, bona ejus publicari præcepit, & mox in canone subsequente Leo Papa in eadem potestate firmat Regem Ottonem, luculenter etiam hoc est videre *in c. 20. C. 23. q. 5.* nec est, cur hos canones suppostitios ac falsos vocare possint, cum eorum fidem sufficienter ostendat Arnil. *de jure Majest.*

lib.

lib. 2. c. 6. n. 10 Denique per instrumentum pacis Westphalicum plenissime in hoc jure sacrorum firmati sunt, quod dicti instrumenti *art. 8. §. 1.* his verbis demonstrat: omnes & singuli Electores, Principes & Status Imperii Romani in antiquis suis juribus, prærogativis, libertate, privilegiis, libero juri sterritorialis tam in Ecclesiasticis quam in Politicis, exercitio firmati sunt &c. & *art. 5. §. 29.* ita: Cum ejusmodi Statibus immediatis cum jure territorii & superioritatis communi per totum imperium usitata praxi etiam jus reformandi exercitium religionis competit &c. porro ibi: nullique Statui immediato jus quod ipsi ratione territorii & superioritatis competit, impediri oportet, & sic quasi postliminii jure jus circa sacra ad Status Imperii rediit, & per hoc instrumentum illis id non datum vel tributum sed restitutum est. Magnif. Petr. Müllerus *in disp, de Concordia Discordantis Germaniæ c. 1. n. 11.*

TH. V.

Principibus ac Statibus secularibus jus sacrorum & consequenter jurisdictionem consistorialem competere ostensum est. Verum hoc non est perpetuum, ut soli Status Imperii Consistoria habeant, sed & civitates municipales Consistoria habere possunt vel ex Concessione superioris expressa per pacta & transactiones, vel tacita per inveteratam consuetudinem. Frustra est, si objicias: Constitutionem Consistorii esse partem juris Episcopalis. Hoc vero Statibus & Civitatibus Imperialibus non municipalibus esse concessum, deinde suspensa per pacem Religionis jurisdictione ecclesiastica ejus Exercitium ad Status Imperii esse translatum, reputarique inter jus territorii, hoc vero Civitatibus Principi Imperii subditis competere haud posse. Etsi quidem hæcce regulariter ita se habent, attamen non omnino & indistincte incapaces juris Episcopalis pronunciandæ sunt, non enim suspensio jurisdictionis Ecclesiasticæ Statibus Imperii eam ita propriam fecit, ut de ea alii nihil participarent, sed tantum effecit, ut Romani Catholici eam non amplius exercerent, quod ostendit tenor Constitutionis religiosæ im Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1555.* §. damit auch obberichte beyde. Jure territorii quidem omnis potestas in sacris & profanis statibus Imperii competit, sed cum exceptione tum possessionis alterius tum libertatis subditorum competentis vel ex jure communi vel ex inveterata consuetudine vel ex privilegio, quæ uti jus subditorum faciunt singulare, sic illius limitatio juris territorialis facta sunt. Cothmann. *Respons. 33. n. 38 vol. 3.* qui ibi harum civitatum capacitatem cum aliis pluribus rationibus adstruit.

Sic testatur Illustris Mevius de civitate Stralsundensi *in p. 3. d. 114.* quod ibi Senatus per inveteratam consuetudinem acquisiverit Consistorialem jurisdictionem.

TH. VI.

Quæri autem hic potest, an non Patronus ecclesiæ gaudeat aliqua jurisdictione ecclesiastica? Hoc quidem sibi arrogant quandoque senatus oppidani ac inprimis Nobiles in pagis, qui sibi ingentes juris patronatus effectus mirum in modum fingunt, sed absque omni juris fundamento, & interdicitur eis recte omnis ecclesiastica jurisdictio. Etenim jus patronatus non habet quidquam commune cum jurisdictione *arg. c. 13. X. de jure patronat.* Finckelthaus. *de jure patronat. c. 6. n. 75.* sed consistit hoc potissimum in præsentatione ministri ecclesiæ ad id, ut ab Episcopo, quem hodie repræsentat Princeps aut status Imperii evangelici, instituatur ad munus ecclesiæ vacans. Dn. Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib. 3. Class. 1. cap. 9. n. 3.* quin & jus patronatus per se spirituale non est, competens nempe Laicis, à quibus id possideri, exerceri & præscribi potest, utut maxime annexum sit Spiritualitati *c. de jure X. de jure patronat.* Wesenbec. *Consil. 48. n. 11.* notum quoque est Germanorum illud: Schutz und Schirm giebt keine Obrigkeit. vid. Gail. *2. O. 54. num. 1. & 7.* Patronum nihil jurisdictionis Consistorialis habere probat speciali Consilio 142, percelebris Jure Consultus Francofurtensis Dn. Brunnemannus. Facili negotio hinc responderi potest ad hanc quæstionem: Utrum patronus pastorem vel ministrum ecclesiæ obligare possit per actionem reversus? quod simpliciter negandum, quia quemadmodum patronus semel præsentatum & ab Episcopo institutum destituere & removere nequit, ita nec reformandi aut corrigendi jus habet, quia hoc ad Episcopum spectat Dn. Reinking. *de Regim. secul. & Eccles. lib. 3. Class. 1. c. 9. n. 38.* nec approbandum est in nonnullis pastoribus paganis, quod nonnunquam in se ipsos ac venerabilem suum ordinem existant injurii, agnoscentes patronum pro judice & coram Nobilibus paganis causam suam agentes vel ex crassa ignorantia, vel ex adulatoria insinuatione, ne ut Dn. Carpzovius loquitur, offa ipsis pereat, de quibus autem Fridericus Balduin. *in Tract. de Instit. ministr. verb. c. 19. p. 204.* tale fert judicium, quod magis ventrem quam conscientiam curent. Et sane si patroni de jurisdictione quidquam participarent, ministri Christi cum tremore ac perpetuo remotionis metu officium suum facerent, aut ad palatum patronorum docere ac vivere cogerentur, quod ab intolerabili tyranni-

rannide parum abesse rectissime dicit Frider. Balduin. *de Cas. Conscient. lib. 5. c, 5. cas. 12.* Tradit autem Magnificus Stryke ad Brunnemanni *jus Eccle-siast. lib. 2. cap. 8. §. 10.* quod patroni in Marchia a *POTENTISSIMO ELECTORE BRANDENBURGENSI* jus removendi pastorem obtinuerint per claram Dispositionem Consist. March. *Tit. 10. §, fin.* quod vero ut prævio legitimo processu fiat statutum per recessum provincialem March. de anno 1653. §. 3. quod si vero delictum, ob quod deponendus Pastor, ipsum Patronum concernat, si forte hunc injuriis affecerit, ne hic in propria causa judex existat, coram Consistorio causam ventilandam esse docet Magnific. Stryke *loc. cit.* id quod adducto præjudicio in Consilio Secretiori Brandenburgico d. 4. Jul. 1656. publicato confirmat, quod cum eleganter huc faciat & illustret, conceptis verbis placuit adponere: In Sachen Wieprecht von Ziethen Klägers an einem, wider seinen Pfarrer Johann Erpleben Beklagten am andern Theil, haben die Churfürstl. Brandenburg. geheimbde Räthe so viel befunden, daß die von Klägern angebrachte, von Beklagten aber verneinte Exceß *in puncto injuriarum verbalium & realium*, und allerhand gewaltsame *Attentaten*, darüber Kläger *actionem & remotionem ab officio* anzustellen gemeynet, *ordinariam causæ cognitionem* erfordern: Und ob wol Seine Churfürstl. Durchl. in dem Landtags-Receß *de anno 1653.* denen *Patronis* auff gewisse Masse *concedirt*, die *delinquirende* Pfarrer *pro qualitate delicti* zu *removiren*; iedoch weil man itzo in den *terminis versiret*, da das *Delictum* nicht allerdings klar, sondern die *causa probationem sufficientem & sententiam definitivam* erfordert, so muß zuförderst der *Processus in foro competenti* als Churfürstl. *Consistorio ventilirt* werden, iedoch mit dem Bescheide, weil *lis negative contestiret*, daß Kläger *missis dilatoriis ab articulis probatoriis* den Anfang mache, dieselbige Beklagtem *ad formanda interrogatoria* zuschicke, beyde Theile bey dem eydlichen *examine testium* ihre *Adjunctos* haben, und also *formiter & ordinarie*, doch ohne Weitläufftigkeit und *absque ambagibus* zu Beschleunigung der Sache *procediret* werde. Solte dann Urthel und Recht *remotionem* erkennen, so bleibet Klägern dasjenige, was der Landtags-Receß besagt, zu *exequiren* vorbehalten; so lange aber die Sache im Proceß schweben bleibet, kan Kläger, so *actor* ist, ihme keine *partes judi-*

ciis

*cis in dirigendo processu arrogi*ren, und kan dieser *Casus* auff das, so sonsten Seine Churfürstl. Durchl. den *Patronis concedi*ret, nicht gezogen werden. Moribus quoque Pomeraniæ removendi potestatem juri Patronatus annexam esse testatur Matth. Stephan. *de jure patronat. p. 1. c. 28. n. 4.* Verum contrarium est videre in responso facultatis juridicæ Wittenbergensis, quod habet Dn. Carpzov. *Jpr. Consist. lib. 3. d. 110. n. 4.* inque eandem sententiam negativam scilicet respondisse Facultates juridicas pariter ac Theologicas in aliis academiis dicit D. Georg. Dedeken, *vol. I. Consil. Theolog. parte 3. membr. 1. sect. 1. n. 12. 13. & seqq.*

TH. VII.

Dictum fuit in antecedentibus, patronum præter jus præsentandi non habere, ipsumque de Ecclesiastica jurisdictione nihil participare, quare non inepte hic quæritur: An etiam Superintendentem præsentandi facultatem habeat? id quod negandum, hæc enim præsentatio non immerito reservatur Episcopo ad quem potissimum cura ecclesiæ ac ministerii spectat *Nov. 3. in fin.* In terris enim Evangelicis Superintendentes ex parte sustinent vicem Episcoporum Dn. Brunnemann. *Jur. Eccles. lib. 1. c. 4. §. 11.* & est horum officium satis augustum atque amplum, versantur enim tum circa ea quæ sunt ordinis, tum circa ea quæ sunt legis Diœcesanæ D. Reinking *de Regim. secul. & Eccles. lib. 3. Class. 2. c. 3. n. 16.* Stephan. *de jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 16. num. 1.* Finckelthaus. *de jure patronat. cap. 4. n. 24.* Sic quæ legis Diœcesanæ sunt expediunt in hoc, dum inspectionem habent in cæteros Cleros ipsis subordinatos & populum suæ Diœcesi subjectum *c. 1. §. episcopus. dist. 21.* visitationes ecclesiarum instituunt loco Episcoporum in eorum territoriis & diœcesibus, *c. 16. X. de offic. judic. ordin. cap. 7. X. de officio Archidiac. c. 28. caus. 18. qu. 2.* ordinis quæ sunt agunt in hoc, dum loco Episcoporum Clericos Ecclesiæ præficiendos prævia vitæ morumque ac profectuum inquisitione per manuum impositionem consecrant, vid. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 16. n. 1.* hinc facile colligi potest, officium Superintendentis præsentationi Patroni non esse subjectum, sed defertur hoc a Principe vel ab eo qui jura Episcopalia immediate habet, quod in terris Electoralibus Saxonicis fieri assolet per Senatum Ecclesiasticum, durch den Kirchen-Rath. Ast, si vicem Episcopi sustinent Superintendentes, competitne tunc illis aliqua potestas jus dicendi in Clericos seu aliqua Consistorialis jurisdictio? prima fronte affirmativa speciosa videtur, ita ut si eorum officium examines, fer-

 me

me eis primam instantiam tribuas. Verum secundum jurisductum omnem Consistorialem jurisdictionem ipsis cum aliis pluribus denegat Famigeratissimus Jure Consultus Schilterus *in suis Institutionibus jur. Can. lib. 1. tit. 7. § 3. & ordinat. Eccles. Electorat. Saxon.* Tit. von immunitatibus und Freyheiten der Kirchen-Diener. Etenim nullibi eis aliqua jurisdictio est concessa, sed tantummodo nuda notio, & ultra amicabilem compositionem eorum potestas se non extendit, quippe cum decisio causæ, si tentatio concordiæ nihil operatur, requirat processum, processus vero præsupponit forum in quo dirigatur, forum autem Superintendenti nullum tribui potest, non seculare utpote personæ Ecclesiasticæ haud conveniens, non ecclesiasticum, quod Princeps in Consistorio habet constitutum, idque ibi fortiuntur Clerici, & quanquam in causis non magni, momenti vel inscio vel paululum connivente Consistorio, de facto eam soleant exercere, tamen faciunt hoc ex pia intentione, ne lites crescant, sed ut istis præcipue de rebus leviusculis inter custodes vel æedituos, eo citius finis imponatur, inde vero ad legitimam & ordinariam jurisdictionem male infertur, non aliter quoque vult *R. I. de anno 1612. Rubr. Consistorial-*Sachen *n.* 7. §. Dieweil denn ein jeder. *vers.* So werden auch die *Consistoria &c.*

TH. VIII.

Exercetur hæc jurisdictio a Principe, non qua tali, sed quatenus consideratur ut Episcopus Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 1. n. 22. Jpr. Consist.* & ab iis qui jura Principis habent per Consistoriales, qui partim sunt Jure Consulti, partim Theologi. Oritur autem hic statim sub initio quæstio: an necessario Theologi in Consistoriis Ecclesiasticis sint adhibendi? & respondetur negando, non enim eapropter dicitur Consistorium Ecclesiasticum judicium, quia Theologi ibi judicant, sed quia is qui jura sacrorum exercendi potestatem habet, hoc judicium ad decisionem causarum Ecclesiasticarum constituit, Dn. Stryke ad Brunnemann. *Jus Eccles. c. 1. §. 5.* Ohm. *de jur. Episcop. concl. 16.* Dn. Adam Samuel Freysten *de jurisdict. Eccles. th. 60. in fine.* Nam quædam causæ ex jure canonico, vel etiam civili decidi possunt, quod absque interventu Theologi fieri potest, quædam certam sui definitivam habent, & si opus est consilio Theologorum, unus ac alter ex collegio Theologorum potest assumi, uti pluribus hoc egregie defendit *subtilis pariter ac eruditus Jure Consultus Dn. Mevius p. 4. d. 1.* Imo in quibusdam locis, ubi plane Consistorium non est, causæ ecclesiasticæ indistincte expediuntur in Cancellariis,

lariis, ita tamen ut ad decisionem vel inquisitionem causæ speciatim aliqui deputentur, id quod de Hamburgo, ubi hactenus a senatu nullum Consistorium & Constitutum affirmat JCtissimus Dn. Stryke ad Brunnemann *Jus Eccles. lib. 3. c. 1. §. 2.* Monet tamen Christianus Woldenbergius *in sua disp. de orig. Consist.* a more recepto, quo Theologi cum JCtis conjuncti in Consistorio sederent, non facile esse recedendum, præsertim quia ad Consistorium etiam casus Conscientiæ examinandi spectarent vid. Weber, *de Consist. c. 2. p. 49.*

TH. IX.

Requiritur autem in Assessoribus Consistorii ut sint doctrinæ præstantia ac morum gravitate conspicui, sapientes, Candidi, pii, bonæ existimationis, integræ vitæ, ut sint divini & humani juris inprimis vero Ecclesiastici periti, præcipue vero in Theologis requiritur, ut sint avaritiæ variorum malorum genetricis, ad quam major pars solet inclinare, osores, adfectibus non indulgeant, sint puri ab omni suspicione, vacuique a partium studiis, sicuti hæc requisita per partes explicat *Laudabilis ac singulari juris ecclesiastici scientia insignis sæpius jam citatus Theologus Dn. Weberus de Consist. c. 21. per tot.* Considerato itaque jurisdictionis Consistorialis subjecto, tractandum nunc erit in

CAP. III.

De

Jurisdictionis Consistorialis objecto.

THESIS I.

JUrisdictionis Ecclesiasticæ objectum contemplaturo statim sese offerunt mihi personæ & causæ, personæ sunt Clerici quibus ob singularem dignitatem ac honorem ministerii privilegium peculiaris fori est indultum, quod vero privilegium neque jure divino habent, intuitu enim horum jurium omnia subsunt potestati Principis *Rom. 13. v. 1. Joh. 19. v. 11. Actor. Apost. 25. v. 10.* Sed id jure humano positivo. Nam primo *Marcianus Imperator in l. 13. C. de Episcopal. audienti.* Clericis peculiare forum concessit, postea *Leo & Anthemius in l. 33. C. de Episcop. & Cler.* quod auctum deinde videmus a Gloriosissimo & Sacratissimo nostro Justiniano *in Nov. 79. & 83.* Demum *Fridericus II. in Auth. statuimus C. de Episcop. & Cleric.*

Cler. decernit, ut nemo personam ecclesiasticam in civili vel criminali quæstione ad judicium seculare trahere præsumat, quod si faciat Actor jure suo cadat. Verum superiori seculo facto religionis dissidio jurisdictio in Clericos Potestati Civili seu Statibus est restituta Vultej. *ad l. 1. C. de jurisdict.* qui vero in favorem ministerii sacrum Consistorii forum constituerant, ut ibi personæ ecclesiasticæ convenirentur & causæ ecclesiasticæ peragerentur. Sicuti autem studiosi in academiis pro privilegio agnoscunt, quod jurisdictione Magistratus oppidani sint exemti, ita etiam Sacerdotes grato pectore agnoscere debent, quod non omni quidem Potestate Civili sint exemti, sed inferiorum Magistratuum jurisdictione, gaudeantque Episcopo judice in Christo fratre. Dn. Brunnemann. *Jur. Eccles. lib. 3. c. 1. §. 1.*

TH. II.

Indistincte itaque hodie Clerici in personalibus ex speciali privilegio conveniuntur in Consistoriis, seculares autem personæ, non nisi in ecclesiasticis causis seu ad ecclesiasticam censuram pertinentibus. Mev. *3. d. 257.* de quibus inferius. Nomine vero Clericorum non solum illi veniunt, qui majoris sunt ordinis, sed etiam qui minoris, quales sunt, Custodes, Cantores, organœdæ *d. 21. Can. 1. pr. & §. Cantores,* qui consequenter etiam de privilegiato hoc foro participant, prædicatum enim generis, est prædicatum speciei. Non autem hoc privilegium ad alias causas aliasque personas in injuriam tertii & coarctionem fori secularis est extendendum, sed potius restringendum *arg. l. 2. ff. ne quid in loc. publ.* Anton. Fab. *ad Cod. lib. 1. d. 22.* Hinc minus recte Dn. Brunnemann. *in jur. Eccles. lib. 3. C. 1. § 12. in fin.* existimat hoc privilegium seu hanc exemtionem etiam ad Clericorum famulos spectare, ac in hos quoque competere consistorialem jurisdictionem, quod idem velle videtur Menoch. *lib. 2. cas. 561.* Sed hoc de familia tantum necessaria admitti posse rectius statuit Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 6. n. 6. Jpr. Consist.* & de conductitia familia praxin contrarium tenere contestatur Magnific. Dn. Stryke ad Brunnemann. *jur Eccles. cit. loc.* quod tamen secus est in Consistoriis academicis, ubi Professorum, Doctorum ac studiosorum famuli cæterique homines conductitii suum sortiuntur forum, id quod praxis quotidiana nos edocet.

TH. III.

Dixi in thesi præcedente, in personalibus Clericos tantum jurisdictioni Consistoriali esse subjectos, facile itaque potest intelligi, qui obtineat, si Clerico ratione rei sitæ actio moveatur, tunc enim tenetur litigare coram judice, ubi

ubi res ſita eſt Magnif. Dn. Struv. *Ex. 9. th. 49. & in Jpr. Roman. Germ. forenſ. lib. 4. tit. 5. §. 14.* Gail. *1. O. 37. vid. l. 4. §. 4. ff. fin. reg. l. 31. §. 7. ff. de negot. geſt.* quod verum quoque eſt ſi contra Clericum agatur *ex Lege Diffamari 5. C. de ingen. manum*, tunc juxta naturam ac practicam hujus legis tenetur Diffamator quicunque ille ſit comparere in foro Diffamati, niſi velit ſibi ſilentium imponi. Dn. Carpzov. *Reſp. 34. & p. 1. c. 7. d. 27.* Magnific. Dn. Struv. *Ex. 9. th. 4. in fin.* Quod vero tam crude accipi nolim, ſed probe hic diſtinguendum eſſe exiſtimo, inter judicium diffamationis & judicium principale, in judicio diffamationis diffamatus eſt Actor & tenetur ſequi forum Rei diffamantis, in judicio vero Principali diffamans eſt Actor vid. JCtus ſubtilis ac Doctus Dn. Lauterbach. *in ſuo compend. ad ff tit. de judic. p. m. 155.* ſub qua diſtinctione ſlava manet regula: Actor tenetur ſequi forum Rei *l. 2. C. de jurisdict.*

Th. IV.

Idem eſt ſtatuendum, ſi Clerico a Laico injuria ſit illata, quia tunc Clericus Actor eſt, utique forum Rei ſequi debet *dict. l. 2. C. de jurisdict.* Non enim hoc caſu fundatur jurisdictio conſiſtorialis vel ratione perſonæ, quæ ſecularis eſt, vel ratione cauſæ, quæ itidem eccleſiaſtica non eſt, niſi injuria iſta magis in Clerici officium quam ejus perſonam fuerit directa, ſeu turbatio cultus eccleſiaſtici interceſſerit, eo caſu non immerito ad cenſuram Eccleſiaſticam hæc cauſa pertinet, Mev *3. d. 257. n. 11.* nec aliter ſentiendum, ſi Clerico feudum habenti controverſia feudalis moveatur, tunc enim judicium feudale ipſi erit ſequendum. *cap. 6. 7. X. de foro competent.* Magnif. noſter Struvius *Syntag. Feudal. c 1. th. 7. n. 6.* Gail. *1. O. 30.* Zanger. *de Except. p. 2. c. 1. n. 301.*

TH. V.

Sed quæritur hic, ſi Clericus Laico heres exiſtat, utrum ſub ſecularem judicem cogi poſſit? Diſtingvunt Doctores communiter *in l. 19. ff. de judic.* utrum judicium ſit cœptum cum Laico defuncto nec ne, priori caſu omnino Clerico lis cœpta erit continuanda, poſteriori caſu Clericus coram ſuo judice Eccleſiaſtico conveniendus eſt, Gail. *1. O. 37. n. 8.* Zæl. *ad decreta l. tit. de foro compet.* Dn. Brunnemann. *ad ff. l. 19. de judic.* niſi Clericus ob res hereditarias immobiles actione reali pulſetur, tunc enim litigare ipſum oportet coram Magiſtratu, ſub cujus jurisdictione immobilia ſunt. D Reinking. *de R. S. & Eccleſ. lib. 3. Cl. 1. c. 10. n. 4.* Mynſing: *1. O. 22.* quæritur porro, quid obtineat ſi Clericus Laico de Evictione teneatur? & nullum eſt dubium, quin Clericus Laico lite denunciata in foro ſeculari adſiſtere teneatur, prout claris verbis quæſtionem hanc decidit affirmative *l. 49. ff. de judic.* Mynſing. *1. O. 22.* Gail. *1. O. 37. n. 7.*

Th. VI. Sed annon etiam Clericus ratione criminis commissi, cum & criminalis causa inter personales actiones referenda sit coram Consistorio conveniendus est? sub distinctione excutienda est hæc quæstio: aut Clericus deliquit vel commisit crimen, quod pœnam civilem meretur, puta carcerem, suspensionem, remotionem &c. & fundata adhuc est Consistorialis jurisdictio, aut commisit crimen, quod pœnam capitalem vel corporis afflictivam involvit, & cessat ecclesiastica jurisdictio, non enim alta die Obergerichte, sed bassa jurisdictio die Niedergerichte, prout ita jur. Sax. dividitur, Consistoriis videtur concessa Dn. Carpzov. *l. 3. d. 5. n. 7. Jpr. Consistor.* Pauermeister *de jurisdict. lib. 1. c. 1. n. 4.* Mev. *p. 2. d. 138. n. 4.* & quia reatus omnem dignitatem adimit, non ferendam esse Clericorum exemtionem in Criminalibus recte dicit Dn. Stryke ad Brunnemann. *Jus Eccles. lib. 3. C. 1. §. 12.* Dn. Ziegler. *ad Lancell. l. 3. t. 1. §. 6.*

TH. VII.

Consideratis personis, considerandæ nunc veniunt causæ ecclesiasticæ. Etsi autem causæ ecclesiasticæ in generali sensu omnia negotia ecclesiæ comprehendant, sive ea internam sive externam concernant potestatem, hoc est, sive ad ordinem, legem diœcesanam, jurisdictionem vel ad statum & dignitatem spectent, prout ad hæc quatuor capita Canonistæ universalia jura Episcopalia referunt ut ostendit Laurent. Ohm. *de jure Episcopal. §. 15.* Attamen Status Imperii, quamvis ex *Constitutione pacis Religiosæ Anno 1552. Passavii sancita & anno 1553. Augustæ confirmata & ex Pacificatione Osnabrugo-Monesteriensi Anno 1648. inita,* hæc omnia in prædictis 4 capitibus consistentia jura plenissime sibi vendicent, ea quæ sunt ordinis, hoc est, quæ internam respiciunt potestatem, ut sunt Potestas clavium, administratio sacramentorum, prædicatio verbi nec ipsi attingunt, nec consistoria, quæ ab illis potestatem judicandi obtinuerunt, prout recte & prudenter sensit Imperator *Constantinus ad Episcopos* sic scribens: *Vos Episcopi in Ecclesia, ego extra Ecclesiam seu templum Episcopus a Deo Constitutus apud Euseb. lib. 4. de vita Constant. cap. 24.* Nec ea quoque omnia, quæ externæ sunt potestatis, hoc est, quæ legem diœcesanam & jurisdictionem concernunt per Consistoria peragunt; quædam enim sibi, solis immediate reservant, utpote Constitutionum Ecclesiasticarum promulgationem, Synodorum convocationem, causas conscientiæ, dispensationes, vocationes Superintendentum, relaxationes juramentorum, quæ omnia *Serenissimus Elector Saxoniæ in Electoratu suo tractat per Senatum Ecclesiasticum,* durch den Kirchen-Rath, qui vero Consistoriis longe eminentior est, & ab iis in multis differt, quod vide apud Dn. Carpz. *lib. 1. d. 12. Jpr. Eccl.* quædam rursus

eum consensu ecclesiæ, quæ ex triplici statu constat, administrant, ut electionem & vocationem ministrorum, in hac enim concursus fit totius ecclesiæ conspicuus, ordo politicus vocat, præsentat, ecclesiasticus ordo examinat, ordinat, popularis sive œconomicus libero suo suffragio approbat *Can. 3. & c. 25. in fin. Dist. 61.* Finckelthaus. *de jure Patronat. cap. 6. n. 78.* Reinking. *de R. S. & Eccles. Cass. 1. cap. 6. n. 15, lib. 3.* Quædam denique Principes & Status singulares per suos Consistoriales & Superintendentes peragunt ut visitationem Ecclesiarum, & causarum ecclesiasticarum dijudicationem. Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 2. n. 10. Jpr. Eccles.*

TH. VIII.

Causæ ecclesiasticæ quot & quænam sint certa nequit definiri regula, exhibet vero earum congeriem Dn. Weberus *de Consistor. c. 27. p. 336.* quas ut eo faciliori negotio memoriæ mandari possent, in sequentem tabulam redegimus. Causæ enim ad forum Consistorii pertinentes vel sunt

- Spirituales & hæ vel
  - Principales, quæ concernunt vel
    - cultum ipsum divinum & sunt vel
      - substantiales ut *religio* quæ vel est
        - pacata
        - impugnata idque vel a
          - domesticis qui agitant controversias fidei.
          - hæreticis, qui sunt cohibendi.
      - accidentales sunt *Ceremoniæ*, quæ sunt conservandæ,
    - Ad Ministros cultus pertinent, qua ratione sunt vel
      - facientes quarum alia est
        - antecedens ut *vocatio.*
        - Consequens ut *ordinatio.*
      - reficientes quarum aliqua est vel
        - generalis ut *inspectio Parochorum.*
        - specialis, hæc vel
          - Jubens: *præbere Salaria.*
          - prohibens: *Excessus Clericorum.*
  - Subdelegatæ, quæ attinent
    - Corpus ipsum ut: *Inspectio Scholarum.*
    - Corporis regimen, quod est vel
      - Attendendum quoad *Vitam Magistrorum in Scholis.*
      - Providendum *Salario.*
- Dependentes, quæ sunt vel

pure

- pure tales quæ contingunt vel circa
  - religionem quæ iterum pertinent vel ad
    - Subſtatiam ut *Reformatio.*
    - Accidentia, quæ ſunt vel
      - Theoretica ut: *interpretamentum conſtitutionum.*
      - Practica ut *immutatio rituum.*
  - Perſonas religioſas, quæ ſunt vel
    - Publicæ ut *diſciplina Eccleſiaſtica* quæ eſt vel
      - Perſonalis ut *Excommunicatio.*
      - Realis ut *librorum cenſura.*
    - Privatæ *ut ſunt actiones contra presbyteros & mutua illorum litigia, denegatio ſepulturæ &c.*
- Mixtæ quæ ſunt vel
  - Specificæ quæ ſunt vel
    - Eccleſiaſticæ & hæ vel
      - Reales ut *beneficia eccleſiaſtica, jus patronatus, ærarium eccleſiaſticum.*
      - Perſonales vel ſecundum
        - benedictionem ut *pauperes in Noſocomiis.*
        - maledictionem ut *ſuperſtitioſi & blaſphemi.*
    - Politicæ ut ſunt *cauſæ matrimoniales, uſura &c.*
  - Genericæ quæ ſunt vel
    - Nominatæ ut *caſus conſcientiæ.*
    - Innominatæ ſunt vel
      - Poſitivæ
      - Privatæ vel
        - Remotionis ut *cauſæ criminales.*
        - Remiſſionis *cauſæ levicula.*

TH. IX.

Lubet autem circa quasdam adhuc unum atque alterum monere & nonnulla pauca interſerere: quod itaque ad Simoniam & controverſias fidei attinet illas Conſiſtorium non niſi ex ſpeciali commiſſione Principis tractat *Dn. Brunnemann. Jur. Eccleſ. lib. 3. c. 1. §. 7.* Inter exceſſus Clericorum notatur & iſte præcipuus, quando miniſtri eccleſiæ pro concione quen-

quam

quam ex privatis affectibus vel nominatim perstringunt, vel ita depingunt, ut quilibet intelligere possit, quis notetur, quo casu injuriarum actioni contra istos locum esse solidissimis probat rationibus Excellentissimus noster Simon *in Præsid. suo Academ. tom. 2. Disp. 3. de Actionibus injuriarium Sacerdotem Concernentibus*, idque etiam in quotidiana praxi sic observari, colligi licet ex sententia Consistorii supremi Dresdensis, ubi Consistorio Wurzensi ab Electore ita rescriptum est: Was massen an uns *N.* wider den Pfarrer daselbst *N.* derer wider Jhn auff öffentlicher Cantzel ausgegossenen *Injurien* halber sich in Unterthänigkeit beschweret ꝛc. Als begehren wir ꝛc. Jhm den Proceß zu eröffnen und schleunig solchen zu befördern. Et cum secundum Summum illum jam sæpius a me allegatum Theologum Dn. Gerhardum *in loc. Theol. de minist. Ecclesiast. §. 286. pag. 462.* severitatem disciplinæ & correctionis temperare debeat mansvetudo lenitatis, Serenissimus Elector Saxoniæ hunc scandalosum excessum *in Ordinat. Eccles. Gen. 3. fol. 389. §.* zum siebenden expresse his verbis interdicit: Nachdem den Pfarrern und Kirchen-Dienern mit Ernst auferleget und eingebunden, daß sie in ihren Predigen ihren eigenen *Affecten* mit Hohlhippeln, Poldern oder Schmähen nicht nachhängen, sondern sich aller Christlichen Sanfftmuth und Bescheidenheit nach der Lehre St. Pauli gebrauchen ꝛc. *Et postea:* Daß solches alleine auf die ärgerlichen Predigten gemeinet, da die Pfarrer aus Zorn und eigener Rachgier ihre eigne Sache auff die Cantzel getragen, und mit Aergernisse der Gemeine ausgestossen, oder sie sonsten ausgemahlet, daß männiglich wer sie seyn, wohl verstehen können, oder sonsten nicht gebührliche Ordnunge im Straff-Amt gebraucht ꝛc. Præclare etiam juxta ac erudite de Sacerdotibus in suggestu injuriosa dicta ac dicteria profundentibus disserit Illustris Stryke ad Brunnemann *Jur: Eccles. lib: 2. c. 18. 18. §. 83.* his verbis: *Quod de Prætore Jura nostra asserunt, non debebat L. 6. C. Unde Vi; Id quam maxime de ministris ecclesiæ in suggestu Constitutis asserendum, non debere ab ipsis injurias proficisci unde juris divini oracula audiri debebant.*

TH. X.

Cœterum alia delicta Clericorum *Jur. Can.* notantur varia, ut si indebitas exactiones faciant, si aliquem sine judicio capituli suspendant, aut sine ordine judiciario excommunicent *C. 1. X. de Excess. prælat. vide præjudici-*

um in th. 7. Cap. 4. si faciant, quæ non ad ipsos sed ad superiorem ordinem spectant *c. 2. X. de Cler. non ord.* si manibus alios percutiant *t. t. X. de Cler. percuss.* si venationibus vacent *tit. X. de Clerico Venet.* si negotiis secularibus se immisceant a quibus abstinere debent, adeo ut ne leges civiles aut medicinam discere eis sit permissum *c. 3. & ult. X. ne Clerici vel Monach. se secul. negot. immisc.* & *per R. J. de anno 1530.* §. Wir haben *&c.* & *de anno 1641.* §. 41. prohibentur ministri ecclesiæ concitare subditos contra Magistratum, ne redargutorium Spiritus Sancti officium in tribunitios clamores ad seditionem contra magistratum excitandam comparatos degeneret, nam ministri ecclesiæ præcones conversionis, non tubæ seditionis esse debent Gerhard. *cit loc.* §. *287. pag. 465.*

TH. XI.

Laudi quoque non ducitur sacerdotibus, si de præcedentia certant, si avaritia laborant, si crapulæ indulgeant, si ipsi Sabbathum violant, si inimicitias gerunt, quæ omnia pro renata a Consistorio arbitrarie puniri posse tradit pius & doctus Jure Consultus Dn. Brunnemann. *Jure Eccles. lib. 2. c. 18. §. 69.* Valde quoque inconveniens est Pastori maximeque cum ejus professione pugnat mendacium, quod sicuti quemlibet ita præprimis dehonestat clericum vid. Dn. Brunnemann. *ad l. 8. C. de Episco. & Cleiis.* Dn. Schilter. *Institut. Jur. Canon. lib. 1. tit. 18. §. 1.* Gravitati & authoritati sacerdotali admodum etiam repugnat, si Pastores in Conviviis alienis fœminis aut virginibus oscula figunt, sapit enim hoc luxuriam & nequitiam, ratio est, quia in dubio, nisi mos regionis aliud svaserit, osculum præsumitur luxuriosum Dn. D. Roman. *Disp. de oscul. §. 24. & 26.* a qua præsumtione male excusat Clericos *Glossa in c. 14. caus. 11. qu. 3.* quasi hi benedictionis causa oscularentur. *A tali enim benedictione libera nos Domine inquit Andr. Perneder. ad ordinat. Crim. Carol. V.* quid? etiam

Clericus in cella ridet veniente puella,

& sub cappa religiosorum multa absconduntur peccata. Magnific. noster Petr. Müller. *Tract. de Osculo sancto pag. 59.* & quod notatu dignum, ob osculum prohibito modo datum Episcopus quidam Spirensis exilium ignominiosum expertus est, quod ex sequenti historia clarescit, quam ipsissimis prout inveni apud Magnif. Petr. Müllerum *Tract. de Osculo sancto p. 60. ex Chron: Mich. Sax. verbis* apponam: Käyser Rudolph von Habspurg nahm im hohen Alter sein ander Gemahl Agnes, die gar jung und schön

war,

war, eine Tochter des Hertzogs von Burgund, mit welcher Er aber hohen Alters halber keine Kinder zeugete; Als diese einsmahl von dem Bischoff zu Speyer der ein Graff von Leinigen war, von dem Wagen gehoben war, und der Bischoff durch ihre Schönheit beweget, ihr wider ihren Willen einen Kuß auf den Backen gab, verdroß es die züchtige Käyserinne also, daß Sie es ihrem Herrn klagte. Käyser Rudolph da Er es hörete, ward Er zornig und ließ dem Bischoff sagen, Er solte ihm vor seine Augen nicht wieder kommen, und ihm ein ander *Pacem* zu küssen schaffen, denn diß *Pacem* hätte er für sich alleine erwehlet. Als muste der Bischoff üm des unverschämtes Kußes willen aus dem Lande reiten, und sich an frembden Orten biß zu des Käysers Tode verbergen. Animadversioni Consistorii subsunt quoque excessus ministrorum scholarum, si jurgia exsurgant inter collegas, simultates foveant, si alter alteri per calumniam quidquam affingat, si per negligentiam vel etiam ignorantiam non rite suo fungantur officio, si obscœna verba in explicandis Phrasibus Terentianis & Plautinis evomant &c. Vid. Dn. Weber. *de Consist. c. 27. sect. 11.* Neque a cognitione Consistorium excludi Professores Academiarum, si illi ejusmodi laborent vitiis tradit Dn. Brunnemann. *in Jur. Eccles. lib. 2. c. 18. §. 61.*

TH. XII.

Ulterius an causæ matrimoniales disceptandæ sint in foro Ecclesiastico an politico olim disputatum fuit. Forum Ecclesiasticum urgent Pontificii, nituntur autem Primo textibus sacris *Matth. 5. v. 32. & 19. v. 3. 1. Cor. 5. v. 7. 2. Cor. 3. 1. Petr. 3.* ubi Christus Paulus & Petrus de matrimonio quædam constituunt, cum tamen rebus civilibus alias noluerint se immiscere. Deinde objiciunt textum *ad Ephes. 5. v. 32.* ubi matrimonium sacramentum dicitur. Verum ad priores textus respondetur, Christum etiam de aliis *v. g. de tributo Cæsari dando, de magistratu, parentibus & liberis, Dominis & servis consultum respondisse*, Nec Christus d. l. adulteram condemnavit, sed saltim abire jussit. Deinde ad locum *ad Eph. 5.* Resp. Paulum ibi non loqui de conjugio humano sed mystico, i. e. de conjunctione Christi & Ecclesiæ, quam solummodo comparat societati conjugali. Unde alii putant esse rem secularem, quia in matrimonio, nihil continetur, quod vel ad salutem aut fidem pertinet, vel ad disciplinam ecclesiæ, sed est illud tantum res œconomica & ad prudentiam œconomicam pertinet,

vid.

vid. *Arist. V. Eth. 6.* Albert. Gentil. *de Nupt. lib. 1. c. 1.* Bocer. *de jurisdict. 3. n. 44.* Riemer. *Decad. II. q. 3.* Ritterhuf. *p. 8. Novell. c. 21. n. 14.* Cubach. *Cent. III. qq. Illust. decad. 1. q. 7.* hinc etiam *Argentinæ* & *Norlbergæ* caufas matrimoniales decidi in judiciis mere civilibus teftatur Walther. *in poftill. Harmon. ad Dom. II. poft. Epiphan. §. 58.*

TH. XIII.

Sed quicquid fit, cum hæc pofterior opinio invidiæ expers non fit, tefte Cypræo *de fponf. c. fin. §. fin. v. 9.* tutius tertio ftatuitur, caufas matrimoniales effe fori mixti, adeoque ad Confiftorium, quod conftat perfonis politicis & Ecclefiafticis, remittendas, id quod hodie experientia & praxi ita confirmatur, ut amplius dubitare nefas fit. Et quidem Politicis relinquitur judicium de pœnis, quæ delinquentibus funt infligendæ, deque illis quæ ad proceffum judiciarium fpectant, de quibus minus fatis inftructi funt Clerici. Quæ vero ad fubftantiam matrimonii pertinent, & quæ attingunt confcientiam, de iis inprimis Theologi rogare fententiam debent, juxta tenorem facrarum literarum. Ita fentiunt Reinking. *de Reg. Secul. & Eccles. lib. 3. Cl. 1. c. 10. n. 11.* Cluten. *difp. de matrim. th. 81.* Befold. *de nupt. c. 5. n. 3.* Walther. *d. l.* Hinc D. Gerhard. *T. VII. L. C. §. 7.* παποκαισαρίαν vocat, ubi clerici foli judicare volunt de caufis matrimonialibus, & è contrario καισαροπαπίαν, ubi folus Magiftratus fecularis fibi partes judicis fumit. Intelligi autem dicta volumus de iis, quæ in quæftionem juris incidunt, fcil. an hoc vel illo gradu vel inter tales & tales perfonas &c. matrimonium contrahi poffit. Conf. Adam. Sam. Freyften *de Jdict. Eccles th. 85.* Secus autem eft fi caufæ matrimoniales incidant in quæftionem facti an videlicet matrimonium contractum fit, in quantum ad effectus fucceffionis, repetendæ dotis, legitimationis liberorum. aut quando agitur de matrimonio prohibendo ex caufa politica v. g. fi homo liber fœminam adfcriptitiam & propriam velit in uxorem ducere. talem enim caufam matrimonialem pertinere ad judicem fecularem nullum arbitror effe dubium cum Dn. Mevio *3. d. 115.*

TH. XIV.

De Controverfiis matrimonialibus inter Principes quid ftatuendum non una eft Doctorum opinio: In Romano-Catholicis falva res eft; ifti enim fponte fe fubmittunt judicio Papali. In Statibus vero Proteftantibus res adeo clara non eft: Alii Auftregarum judicium his cafibus competens effe poffe putant, quorum partes tuetur Limn. *de J. Publ. lib. 4. c. 8. 96.* Alii

ad

ad Imperatorem aut Cameram iri posse statuunt, quibus calculum adjicit Dn. Mev.*2. dec.365. n.17. & 18.* Alii si amicabilis compositio vim habere nequeat, Principes in propriis Consistoriis causarum matrimonialium discussionem instituere posse asserunt Blum. *P. c. 43. n.16,* & alii quorum opinioni subscribit Dn. Stryke *ad Brunnemann. Jus Eccles. lib. 3. c.1. §. 18.* Alii Imperatorem jurisdictionem causarum matrimonialium tam inter Catholicos quam Protestantes exercere posse tradunt, quorum sententiam approbat illustris noster Lynckerus *in Tr. de Gravam. Extrajud. c. 6. §. 27. n. 2.* Equidem Illustrium horum virorum recensitas opiniones in suo relinquo valore, interim vero quin Imperator vel ipse vel per Commissarios aut quoque Cameram inspecto jure non facto de causis matrimonialibus, præprimis quantum August. Conf. addictos Status attinet, judicare possit nullam dubitationem esse opinamur cum Mindan. *de Proc. c. 10. n. 2.* quod autem ibi non recipiantur, inde fit, quod Imperator & Ordines eas à sua potestate tanquam Ecclesiasticas sponte abdicaverint. vid. Donaif. *in assert. Jurisdictionis Camer.* & forsan haud improbabiliter eo, quod Assessorum plurimi Pontificiis reservatis nil detractum velint, dum Catholicæ religioni addicti sint.

TH. XV.

Inter causas mixtas merito etiam refertur adulterium, nimirum si civiliter agitur, ut matrimonium dissolvatur, ad Consistorium: sin criminaliter, ut pœna ea propter infligatur, ad seculare pertinet judicium Dn. Brunnemann. *in Jur. Eccles. lib. 2. c. 18. §. 23.* Idem dicendum de stupro, si agatur non ratione pœnæ secularis, sed ad dotandam aut ducendam stupratam Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 72, num. 12.* Usurariam pravitatem causam esse communis fori probatur ex jure Canonico inprimis ex *c. 1. & 2. X. de usur. & c. 12. ibid.* ubi Pontifex secularibus judicibus mandat ut de usuris judicent. Sic quoque in *Recess. Imper. de anno 1600. §.* 124. multum agitur de usuaria pravitate coercenda, & de ea non solum incidenter coram civili judice excipi potest, sed etiam quis conveniri potest, coram seculari judice ob crimen usurarum ad pœnas in Recess. Imp. dictata svid. Dn. Brunnemann. *in Jur. Eccles. lib. 3. c. 1. 3. §. 20.* De distributione decimarum Clericorum, solariorum, legatorum piorum, cognoscit judex ecclesiasticus *c. 2. X. de jud. c. 25. X. de decim.* Finckelthaus. *de jure Patronat. c. 8. n. 9.* sin vero de possessorio lis sit, judicat secularis judex *Gloss. in c. 2. X. de jurament. Calumn.* Dn. Carpzov. *1. d. 138.* Dn. Gail. *1. O. 38.* Jus patronatus etiam inter ecclesiasticas causas refert *tot. tit. X. de jure patronat.*

Aſt ſi lis exoriatur circa poſſeſſorium? & poſſeſſorium æque ac Petitorium cognitioni Conſiſtoriali ſubeſſe putat Dn. Brunneman. *in Jur. Eccleſ. lib. 3. c. 1. §. 31.* propter *l. 10. C. d. judic.* niſi in alia cauſa quæſtio, de jure patronatus incidat. Dn. Weber. *de Conſiſt. c. 2. ſect. 22.* Sortilegium tanquam ſuperſtitioſum crimen pertinet ad forum mixtum & locum habet in eo præventio Dn. Brunnemann. *Jur. Eccleſ. lib. 3. c. 1. §. 22.* Eſt autem ejusmodi ſors divinatoria, tacitum pactum diabolicum, quo res occulta vel futura inveſtigatur v. g. ſi quis adhibito Evangelio S. Johannis utatur cribro divinatorio, Germanis, das Sieb lauffen laſſen, vel aliis ſuperſtitioſis remediis, quibus Deum tentet, ſortem divinatoriam exerceat. Si Laicus hoc faciat, quadraginta dierum pœnitentia ipſi injungitur *c. 1. X. de ſortileg.* Si ſacerdos, ad annum a ſacris ſuſpendendus eſt *c. 2. d. t.* quæ pœna hodie a Conſiſtoriis noſtris pro ratione circumſtantiarum poteſt exaſperari. Dn. Carpzov. *Prax. Criminal q. 142. n. 21. &c.* Crimen læſæ Majeſtatis divinæ in utroque foro ventilari poſſe vult Covaruv. *in c. 2. de pactis in 6to part. 1. §. 7. n. 29* & Jul. Clar. *l. 5. ſentent. §. blaſphemia.* Verum in locis reformatarum Eccleſiarum blaſphemos indiſtincte, ſive Laici ſive Clerici ſint, a judice ſeculari coerceri, idque uſu ac praxi comprobatum eſſe tradit Dn. Carpzov. *q. 45. n. 105. & 106.* niſi doctrina aliqua ut blaſphema accuſetur, quæ cauſa ad forum eccleſiaſticum omnino pertinet Dn. Brunnemann. *in Jur. Eccleſ. lib. 2. c. 18. §. 17.* Atque hæc de objecto ſufficiant, reſtat, ut adhuc pauca diſſeram in

CAPUT VI.

De Jurisdictionis Conſiſtorialis Effectu.

THESIS I.

Abſoluta nunc Jurisdictionis eccleſiaſticæ objecti contemplatione, ad ejusdem brevibus perluſtrandum effectum me accingo. Sicuti autem in cap. præced. inter alia de delictis Clericorum diſcurſum habui; ita in hoc cap. de pœnis a conſiſtorio, quod decernendi pœnas eccleſiaſticas habet poteſtatem Mev. *7. d 293.* ob delicta clericis infligendis ſermo erit inſtituendus. Eſt autem pœna eccleſiaſtica varia; alia infligitur animæ, alia corpori. Pœna animæ, eſt excommunicatio, quæ iterum duplex Major vel Minor; illa lethalis, hæc medicinalis dicitur Brunnemann. *Jur. Eccleſ. lib. 2. c.*

19.

3. Cl. 2. c. 2. n.16. quæ pœna carceris vel mulcta pecuniaria durior & acerbi- *19. §. 10.* Major & lethalis est, quæ a communio, ne fidelium atque omni omnino suffragio aliquem separat, non autem a negociis civilibus excludit. Inde male Pontifex in suis ecclesiis per hanc excommunicationem majorem omnia societatis humanæ vincula, quæ inter parentes & liberos, virum & uxorem, Magistratum & subditum intercedunt, tollit, cum in Ecclesiæ potestate non sit, nexum politiæ per excommunicationem dissolvere, sed sacram tantum piorum conversationem prohibere. Illustris Ziegler. *ad Lancellot. lib. 4. tit. 13. §. 19. & in Elector. Saxon. Articul. General. art. 10. atque 11. de Banno Ecclesiastico*, prævüs admonitionum gradibus, modo illud irrogandi, ejusque effectu prolixius agitur, tandemque cavetur: Daß die Person, so in die Excommunication erkannt, in die Pfarr-Kirche, dahin sie gehörig, öffentlich vorgestellt, und nach Verlessunge der Sentenz durch das Volck aus der Kirchen per custodem geführet, von dem Gerichts-Herrn aber anbefohlen werden soll, daß sich die ausgeschlossene Person aller Hochzeit, ehrlicher Gesellschafft und Gewerbe enthalte, keiner auch mit derselben in ehrlicher Versammlunge Zeche halten soll, doch wird solcher" Person ihre Handthierunge mit Kauffen und Verkauffen nicht abgestri-" cket. Minor ac medicinalis dicitur, quæ separat tantum a Sacramentorum perceptione *C. penult. de sentent. excommunicat.* & quamvis in dubio vocabulum excommunicationis intelligendum sit de majori *per C. 2. X. de Except.* apud nos tamen pro illa habetur excommunicatione si quis a sacra communione repellitur Dn. Carpzov. *lib. 2. d. 284. n. 8.* quam vero, etsi minor sit, ministri Ecclesiæ propria authoritate nisi non possunt decernere, sed Consistorii sententiam super illa exspectare debent. Sic cuidam Diacono propter denegatam absolutionem & administrationem cœnæ Dominicæ pœnam suspensionis ad certum tempus dictarunt Consistoriales apud Dn. Carpzov. *Jpr. Consistor. lib. 3. d. 114. num. 14.* Ast quomodo procedendum Sacerdoti, si dignus quis reperiatur, cui interdicatur usu Sacramentorum? Edocet hoc judicium Facultatis Theologicæ Jenensis Mense Majo Anno 1668. in verb. Solte aber über verhoffen Beklagte in Unversöhnlichkeit verharren, hättet ihr es ins Ober-Consistorium zu berichten, immittelst aber der Beklagten anzudeuten, sich, biß auff weitere Verordnunge, des Beicht-Stuhls zu enthalten, auch da Sie dessen ohngeacht, in Unversöhnlichkeit in Beicht-Stul einfinden würde, Sie nicht zu admittiren.

TH. II.

Occasione Thesis antecedentis statim sub initio hujus Thesis non inelegans mihi suboritur quæstio. Nimirum: An Pastor alicui generis vel dignitatis splendore conspicuo cum gladio ad sacrum Altare accedenti propterea recusare possit usum sacræ cœnæ? & cum gladius dignitatis spectet ad partem mundioris cultus, cui regulariter tunc temporis quilibet studere solet, nullumque offensionis metum sed solam dignitatis ostensionem & singularis præcedentiæ significationem post se trahat, nullus dubito cum Excellentissimo nostro D. Simone quæstionem negative decidere. Etenim multis parasangis inter se differunt gladius dignitatis, & gladius ostensionis, non ille, sed hic, ne sacra profanis polluantur cædibus, confiteri sacramque cœnam ambire volenti merito interdicitur; addo autem meæ negativæ hanc limitationem, nisi a Principe per constitutiones ecclesiasticas, vel etiam per consvetudinem fuerit introductum, ne aliquis gladio indutus accederet ad Cœnam Dominicam, quo stante jure, pastor suo officio prohibitorio impune fungitur. Quo etiam procul dubio & non aliorsum respexerunt Scabini Jenenses, cum cuidam Nobili contra Subdiaconum, qui illum gladium deponere jusserat, actionem injuriarum intendenti eandem ipsi denegarunt hunc in modum: Als ihr uns berichtet, welcher gestalt ihr ꝛc. zu dem hochwürdigen Abendmahl nebst einer grossen Anzahl *Communicanten* gangen, und in geschöpffter Andacht aus Unwissenheit, doch als ein ungerühmter Soldat, und darbey uralten Adelichen Geschlechts, viel hundert Jahr Rittermäßiger Leut, euren Leib-Degen bey der *Communion in ipso actu* an eurer Seiten getragen, und als der *Archidiaconus* des Orts, als euer Beicht-Vater, euch den Leib Christi ohne einige Widerrede zu erst gereichet, hätte der *Subdiaconus*, wie ihr in eurer Andacht euch geneiget, in gefaster hertzlicher Zuversicht, das Blut Christi von ihm zu empfangen, Euch stracks in Beyseyn aller *Communicanten* den Degen abzulegen, oder daß er euch das Blut Christi nicht reichen wolte, angedeutet, auch solche Worte mit Ernst wiederholet, darauff ihr den Degen von der Seiten abgenommen, und wieder zurück hinter den Altar gehen und ihn allda niederlegen müssen, darüber vornehme Leute höchlichen erschrocken, und aus ihrer Andacht neben euch kommen. Nun hättet ihr hiebevorn eben an diesem Orte und heiligen Stätte nebst andern vielen frommen Christen Hertzen mehrmahls *confitirt*, und darauff *communicirt*, es wä-

re aber euch von keinem *Diacono* solche öffentliche Beschimpfung jemahls begegnet, massen denn auch sonsten unterschiedene Personen, als Hauptmann der Bürgerschafft selbsten, so dem Superintendenten in diesem heiligen Werck vorgangen, und seinen Degen getragen, und andere mehr, bey Verrichtung der *Communion*, wie erweißlichen des Degens, ausser nach erfolgeten einige Bestrafung, sich vielmahls gebrauchet, euch auch die Kirch-Verordnung als einem *illiterato* und der uffm Lande gesessen, gantz unbekannt. Wann ihr dann euch hierüber des Rechts zu belehren gebeten, demnach sprechen wir vor Recht, da gleich gemeldeter *Subdiaconus* euch euren Bericht nach, vor allen Communicanten und einer Christlichen Kirch-Gemeinde den Kelch nicht reichen wollen, ehe und zuvor ihr den Degen nicht abgeleget, so ist doch derselbe euch deswegen keine Abbitte zu thun schuldig, noch mit einiger Straffe zu belegen. V. R. W.

TH. III.

Sed jam ad pœnam, quæ infligitur corpori, & hoc fit tripliciter (1) per incarcerationem, eamque vel temporalem, vel perpetuam *c. 27. X. de V. S.* (2) per fustigationem sine tamen sanguinis effusione *c. 4. X. de rapt.* Episcopi enim judicium sanguinarium non est *c. 5. X. ne cler. vel montach. secul c. 3. Caus. 23. q. 8.* (3) per exilium *c. 1. X. de calumn.* Denique alia pœna irrogatur famæ & dignitati, ut: infamia *c. 6. X. de pœn.* irregularitas, incapacitas officii ecclesiastici, suspensio, depositio. Alia bonis ut: mulcta pecuniaria *c. 2. & 3. X. de pœn. c. 55. Caus. 16. q. 1.* Incarcerationis perpetuæ pœnam introduxit jus Canonicum *c. 8. de offic. ordin. in 6to c. 3. de pœn. in 6to.* ne judex ecclesiasticus semper opus haberet ultimo supplicio dignos delinquentes tradere curiæ seculari, ideo carceri mancipare maluit, quam vita privare. Panormit. *c. 5. X. de Apost. & ad c. 35. X. de sentent. Excommun.* Vocatur alias a Lancellotto *lib. 1. Inst. jur. Can. tit. 20.* perpetua immuratio, quæ pœnæ loco decernitur in Hæresin lapsis a Gregorio IX. *in cap. 1. de hæret. in 6to.* Atque hæc perpetua incarceratio etiam in Laicis in nonnullis locis usitata legitur apud Dn. Carpzov. *pr. Crim. q. 111. num. 38.* Olim loca ista, in quibus incarceratio Clericorum peragebatur, peculiari nomine vocabantur Diaconica *vid. l. 3. C. de Hæret. Nov. 79. c. 3. ibique Dn. Gothofred.* Germani carcerem clericorum præcipue temporalem honestiori nomine donarunt, vocantque illum den priesterlichen Gehorsam, cujus carceris temporarii pœna adhuc hodie in nostris Sacerdotibus obtinet, si delictum sit levius & non mereatur suspensionem aut remotionem. Cum enim levioribus

 cleri-

Clericorum delictis certa non sit statuta pœna, utique coercitio erit arbitraria, quæ vel impositione carceris vel mulcta pecuniaria peragitur ne hæc quoque delicta maneant impunita Dn. Carpzov. *lib. 3. def. 113. n. 13. Jpr. Consist.*

TH. IV.

Locus autem honestus & non vulgaris Clericis majorum ordinum est deputandus, ut si non personæ, tamen officio parcatur. Dn. Stryke *ad Brunnemann. Jus Eccles. lib. 2. c. 19. §. 1. Concil. Trident. Sess. 25. c. 6. de reformat.* & dictatur hæ carceris pœna quandoque cum quandoque sine carena zu Zeiten mit, zu Zeiten ohne Wasser und Brodt, ut non tantum pœna carceris, sed etiam jejuniis affligautur, prout hoc pulchre clarescit lex. *c. 26. d. 50.* c. *fin. d.* 82. in quo Concil. Hybernens. præcipit ut Clericus illicitæ Veneri operam dans pœnam suam exsolvat hunc in modum: *pane & aqua a vespera ad vesperam utatur, tantum autem diebus dominicis & præcipuis festis modico vino & pisciculis & leguminibus recreetur sine sagimine & carne, ovis & caseo,* quæ pœna etiam per Decretales Pontificum approbata legitur *in c. 2. X. de spons. Duor. & c. 8. X. de Accusat.* Inde Nostri Consistoriales ita pronunciare solent, daß er wegen seines Verbrechens auff 14. Tage mit priesterlichem Gehorsam zu belegen, und darinn mit Wasser und Brodt zu speisen. Vid. Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 113. & alibi.* Clerici vero minorum ordinum ut cantores, æditui, organœdæ & alibi collaboratores quandoque includuntur turri campanarum, quandoque in ædibus Consistorii detinentur, vel intra muros ejusdem templi, ut Dresdæ in æde S. Crucis teste Webero *de Consist. c. 29.* Utplurimum certus locus huic incarcerationi est destinatus, qui Onoldini dicitur die Kohl-Kammer, cui includuntur immorigeri & refractarii æditui, organœdæ &c. & per viliorem quendam Consistorii ministrum clauditur & recluditur. Vid. Dn. Weber. *de Consist. c. 29. n. 6. Ordinat. Eccles. Sax. sub rubr.* Von Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. §. Zum 4ten *& sub Rubr.* Von der Election, Examine und Ambt eines ieden Schul-Meisters.

TH. V.

Non minus Consistorio vi Consistorialis jurisdictionis competit facultas dictandi pœnam suspensionis, remotionis, prodromæ, pro qualitate criminis commissi, quod vel sua natura vel gradibus admonitionum nondum præmissis depositionem non meretur Dn. Reinking. *de Regim. Secl. & Eccles. lib.*

3. Cl.

or eſt. Non enim ſolum exiſtimationem apud vulgum minuit, ſed inſuper quoque reditibus & ſalario privat, ut ſic pœna ſuo correſpondeat delicto *l. 11. ff. de pœn* quæ ſuſpenſionis pœna, in jure Canonico ſatis fundata apparet, ex *c. 10. X. de V. S. & c. 4. X. de judic.* ſuſpendi poſſunt interdum verbi miniſtri de crimine nondum convicti, nimirum ſi actibus quibusdam indecoris & ſcandaloſis ſuſpicioni criminis, atque inquiſitioni cauſam dederint, quod pluribus probat Dn. Carpzov. *3. d. 115.* Species ſuſpenſionis eſt prohibitio ſuggeſtus, quæ neutiquam a Patrono, ſed ab Epiſcopo per Conſiſtorium fieri poteſt, per ea, quæ tradit Dn. Carpzov. *lib. 1. d. 70.* ſuſpenſo autem parocho, cura animarum vicinis paſtoribus committenda eſt, quibus de aliquo redhoſtimento debet proſpici Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 116. n. 10.* Inſpectio & accuratio ſcholarum, ſeu trivialium ſeu, Gymnaſiorum, cum etiam ſit penes Conſiſtorium Dn Weber *de Conſiſt. p. 511. n. 4.* earum quoque Præceptorum remotio, niſi mores provinciæ aliud induxerint, non niſi conſenſu Conſiſtorii fieri poteſt, quod etiam de remotione Organiſtæ verum eſſe tradit Dn. Mev. *p. 8. D. 4. 62.* idque eo facilius, cum nullus ordo in ipſos collatus ſit Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 119.* Dn. Brunnemann. *Jur. Eccleſ. lib. 2. c. 19. §. 8.*

Th. VI.

Tempore ſuſpenſionis finito, parochi reſtituuntur, ita ut reſtitutionem pro ratione perſonæ & loci admonitio & deprecatio publica per Superintendentem vel per vicinum paſtorem populo intimanda concomitetur, prout hoc ex reſcripto ſequenti a Conſiſtorio ſupremo Superintendenti Coldicenſi tranſmiſſo clarius liquet. Wir mögen euch nicht bergen, daß den bißher geweſenen Pfarrer zu L. Jacob T. wegen des mit dem Steuer-Zettel verübten Betrugs ſo weit Gnade erwieſen, daß er nach ausgeſtandenen prieſterlichen Gehorſam in ſein Ambt reſtituirt werden ſoll. Wann er dann ſolche Straffe nunmehro ausgeſtanden, und hinfüro beharrliche Beſſerung zugeſagt: Als begehren Wir hiemit, Ihr wollet ſo bald zu geſchehen müglich euch nach L. begeben, und nach einer von euch gehaltenen Predigt, **inliegende Abbitte von der Cantzel ableſen**, bemeldten T. alſo in ſein Ambt wieder einſetzen, und ihn ſo wohl als andere eurer Inſpection untergebene Paſtores ſich fürhin vor dergleichen Betrug fleißig zu hüten, vermahnen, mit der ausdrücklichen Anmeldung, daß künfftig keinem ſol-

che Begnadigung wiederfahren soll, 2c. Vid. *Ordinat. Elect. Sax. art. General. 16. pr.*

TH. VII.

Pœna suspensionis propter atrocitatem delicti locum non inveniente, subsequitur vel translocatio vel remotio, ad utramque vero lento gradu, deliberato animo, & non nisi ob prægnantissimam causam procedendum est, ne incurratur in illud *1. Sam. 8. v. 7. non te abjecerunt sed me*, magnum enim est, esse ministrum Jesu Christi, & nihil interest, an talis quis sit in celebri civitate, an in tenui pago, nec hic statim ad implorationem improborum rusticorum, vel ad voluntatem insulsi Schulteti, indoctique Præfecti, qui plerumque in pagis in hoc luctuoso negocio fax & tuba esse solent, removendus est, sed potius Adsessores Consistorii Pastoribus forte delinquentibus suam non debent recusare adsistentiam, & quo possunt modo remotionem avertere Dn. Weber. *de Consist. L. 29. pag. 476.* Dn. Brunnemann. *in Jur Eccles. lib. 2. c. 19. §. 3.* & quod ante gradus admonitionum haud facile ab officio removeri debeat Pastor, pulchre ostendit sententia a Facultate Juridica Academiæ Viadrinæ die 16. Junii Anni 1681. his verbis concepta: Hat er der Prediger zu S. sich nicht alleine unterfangen, die sonst übliche und verordnete Accidentia eigenmächtig zu steigern, einige Leute aus blosser Feindschafft von dem Beicht-Stuhl abzuweisen, andern aber ohne Ursache in den Predigten öffentlich zu schimpfen; sondern auch davon einen an der Kirchen stehenden Weinstock etliche Trauben von Leuten oder Kindern abgebrochen, Er zwey Sonntage nach einander bey Vermeidung des Bannes solches abgekündiget, daß sie sich wegen der Wein-Trauben mit ihm abfinden solten, und da solches nicht geschehen, Er denselben öffentlich in den Bann gethan, dergestalt, daß er ihn dem Teufel mit Leib und Seele übergeben, welcher ihn biß an sein letztes Ende quälen, nach dem Tode aber in den Abgrund der Höllen mit sich nehmen solte; deßhalb wie gedachter Prediger zu bestraffen gefraget wird. Ob nun zwar dergleichen Excesse also beschaffen, daß sie directo dem Priesterlichen Ambte zuwider, und bey denen Zuhörern ein grosses Aergerniß dadurch angerichtet, der Prediger sich auch der Verstossung vom Beicht-Stuhle und Abkündigung des Bannes aus blosser Privat-Rache angemasset, da doch, wann Er gleich zu recht beständige Ursachen gehabt hätte, Er sonder

Erlaub-

Erlaubniß des Churfürstl. Consistorii solches nicht thun sollen, dabey ihm den gantz unverantwortlich, daß, da ihm obgelegen seiner Zuhörer Seelen Seligkeit nach aller Möglichkeit zu suchen, Er wegen einer Wein-Trauben eine Seele dem Teuffel so freventlich zu ewiger Qvaal übergeben,/und daher solche Ursache wohl zureichend, daß Er deshalben von dem Churfürstl. *Consistorio ab officio removi*rt werden könte; Weil wir aber dennoch *ex actis* nicht" befinden, daß gedachter Prediger bereits von dem *Consistorio* ver-" warnet, sich seinem Amt gemäß zu verhalten, und von solchen Neurungen, in Steigerung der *Accidenti*en wie auch von dergleichen *exclusion*en von Beicht-Stuhl und in seinen Predigten gebrauchte Anzüglichkeiten abzustehen; Und man nicht gerne auff einmahl" einen Prediger so fort *ab officio* zu *removi*ren, sondern vielmehr" die *gradus admonitionum* zu *præmitti*ren pfleget, so wäre er zwar" vor dißmahl mit der gäntzlichen *remotion* zu verschonen, damit aber dennoch obgedachter unverantwortlicher *Excess* nicht ungestraffet bleibe, so wäre er auff ein Jahr von seinem Amte, und ihm deshalb zustehender Besoldunge und *Accidenti*en zu *suspendi*ren und indessen von denen benachtbarten Pfarrern dessen Amt zu verwalten, und er nicht eher hinwieder zu zulassen, biß er das Aergernisse der Gemeine öffentlich abgebeten, und künfftig dasjenige was seines Amts ist, besser zu beobachten sich anerboten. V. R. W.

Si vero gradus admonitionum plus vice simplici præcesserint, & emendationis spes supersit nulla, utique ad translocationis vel depositionis actum deveniendum erit Dn. Carpzov. *3. d. 112.* Translocatio quæ quidem pio Brunnemanno *in Jur. Eccles. lib. 2. c. 19. §. 3.* ne verbi minister ad incitas redigatur, magis placet quam ipsa remotio, non tamen nisi eo casu cum fructu & secure adhiberi potest, quo Sacerdotes continuas inter se rixas alunt, & secum invicem in gratiam redire nolunt. Nam si aliis vitiis Pastor contaminatus sit, ita ut quod verbis exstruit, facto iterum destruat, ex quo non nisi manifesta scandala in auditores redundant, eo casu remotionem translocationi præferen-

E

ferendam esse rectissime censet Dn. Stryke *ad Brunnem. Jus Eccles. lib. 3. c. 19. §. 3.*

TH. VIII.

Obtinet autem hæc translocatio non in primariis solum ministris, sed etiam in secundariis, nimirum æditituis, organædis, si hi inani fastu turgidi, nimisque licentiosi debitam reverentiam & obedientiam suis recusent Pastoribus. Sic Consistorium supremum Saxonicum Superintendenti & Quæstori Leisnicensibus rescripsit. An uns beschweret sich abermahl der Pfarrer zu L. *Vitus* M. über *Christophorum B. custodem* daselbst, wie ihr aus der Inlage zubefinden, wann dann bey euch dem *Superindenten*ten und Schösser zu L. die „güthche Ausführunge entstanden, und wir die *Custodes* in ihrer „Halsstarrigkeit wider ihre Pfarrer, zu stärcken nicht gemeinet; Als begehren an statt höchstgedachten unsers gnädigsten Herrens wir hiemit, ihr ingesamt wollet die zwischen dieses Orts und dem *Custode* zu D. vorgeschlagene *translocation* unverzüglichen zu Wercke richten *&c.*

TH. IX.

Remotio ipsa est vel Verbalis, vel Realis. Verbalis per sententiam Consistorii facta functione sacra, non vero ordine ac privilegiis privat. *c. 29. c. 33. X. de testibus* Zœsius *ad Tit. de pœnit. X. n. 6.* Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 109.* Gail. *lib 2 c. 1. n. 24. de pac. publ.* Joachim, Stephan *Inst. Jur. Can. lib. 3. C. ult. num. 4. & 5.* Realis autem alias degradatio vocata, perpetuo munere Clericali & omnibus privilegiis ac immunitatibus exuit. Dn. Carpzov. *3. d. 117. n. 4.* quam in gravioribus delictis sequi solet traditio in manum judicis secularis *c. 2. X. de pœn.* ita tamen ut pro degradato intercedat ecclesia ne mortem patiatur *per. C. 27. de V. S.* fieri hæc assolet per actualem sacrorum instrumentorum ablationem. Putat quidem Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 117.* in degradatione solennitates apud Evangelicos non observari, praxis

praxis tamen ante aliquot annos Vinariæ contrarium sustinuit, ubi multæ ætatis Sacerdoti coram altari ducto, propterea quod ad puellam domesticam consvetudinem habuerat, habitus Clericalis fuit ablatus, & ordine ac Charactere privatus fuit dimissus. Aliud exemplum narrat Dn. Stryke *ad Brunnemann. Jus Eccles. lib. 2. cap. 19. §. 4.*

TH. X.

Facultatem imponendi pœnitentiam ecclesiasticam penes Consistorium esse, nemo nisi Pontificiorum assecla in controversiam vocabit. Longe autem aliter illa apud nos hodie practicatur, quam in veteri ecclesia: inque nostris ecclesiis in ejus locum successit deprecatio publica Dn. Brunnemann. *Jur. Eccles. lib. 2. c. 19. §. 8.* remansit tamen in quibusdam ecclesiis aliquid externi, quod pœnitentibus, qui delicto quodam scandalum dederunt, injungi solet, nimirum ut durante concione sacco induti in genua procumbant, alibi alii observantur ritus, quos recenset Magnific. noster Dn. Petr. Mülerus *in discursu suo Canonico: de pœnitentia ecclesiastica c. 5. n. 35. & seqq.* Utrum autem hæc deprecatio tecto an edito nomine fieri debeat, standum est receptæ consuetudini, quæ in materia deprecationis legem facit Dn. Mev. *7. d. 293.* Quæritur autem an deprecatio publica converti possit in pœnam pecuniariam ad pias causas? affirmat hanc quæstionem recte Dn. Carpzov. *l. 3. d. 86.* a quo male dissentit Dn. Brunnemann. *lib. 2. c. 19. §. 26.* Porro quæritur, an ob favorem matrimonii personis ante copulam sacerdotalem se carnaliter cognoscentibus deprecatio remitti possit? ita quidem putat Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 88.* a quo tamen recte dissentit Dn. Brunnemann. *lib. 2. c. 19. §. 26.* quanquam hoc casu cum moderamine & discrimine graduum publicam pœnitentiam injungendam esse existimaverim cum Voet. *in Polit. Eccles. P. 1. lib. 3. tr. 1. Sect. 1. c. 6.* Ultimo quæritur an hæc deprecatio publica sine consensu Consistorii a Pastore injungi possit? quod non absque rationibus negat Dn. Carpzov. *lib. 3. d. 84.* frustra renitente Dn. Brunnemanno *in Jur. Eccles. lib. 2. c. 19. §. 25.*

TH. XI.

Atque hæc sunt, Candide & Cordate Lector, quæ de jurisdictione Consistoriali tibi exhibere volui, si minus omnia compte, ornate & concinne posita fuerint, deprecor, si autem quæ minus vera prolata, pro candore tuo me aliter edoceas, rogito, hujusque insuper meminisse velis, quod omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare divinitatis magis quam mortalitatis sit *l. 3. §. 14. C. de V. J. E.* Quod super est Tibi, Optime Deus, Benignissime Pater, submissas & devotas offero gratias pro multis & magnis a primo lacte ad hæc usque tempora cumulata manu in me collatis beneficiis. Inprimis exhaustam Tuam Bonitatem in hoc gratissimo agnosco pectore, quod, beate defunctis meis parentibus, Tuam mihi prorrexisti liberalem manum, ut eam, quam exorsus eram studiorum telam potuerim pertexere, & quod inter præcipuas meæ felicitatis partes quoque pono, in Alma hac Salana me quadriennium & ultra sartum tectum servasti. Tibi Maxumo & Munifico meorum studiorum Patrono eadem inposterum submisse committo atque commendo.

COROLLARIA.

Qv. I.

AN Consuetudo in Marchia, Pomerania & aliis quibusdam locis inferioris Saxoniæ, ut defunctorum Pastorum viduæ vel filiæ relictæ in parochiis maneant & a successoribus in uxorem ducantur, sit toleranda & approbanda? *Resp. Neg. Certo autem modo Aff.*

Qv. II.

An sponsalia ob fornicationem a sponso ante commissam possint dissolvi? *Resp. Aff.*

Qv. III.

Utrum Testamentum inter liberos valeat, in quo pater uni ex filiis Legitimam absque honorabili titulo reliquit. *Resp. Neg.*

Qv. IV.

An Testamentum tempore pestis conditum post annum cessante peste evanescat? *Resp. Aff.*

Qv. V.

An Vasallus per investituram abusivam consequatur jus in re? *Resp. Aff.*

Qv. VI.

Qv. VI.

An feudi filiof. concessi usus fructus Patri adquiratur? *Resp. Neg.*

Qv. VII.

Utrum filius sumtus in studia a patre vel matre erogatos conferre teneatur, si pater vel mater eos specialiter consignaverit. *Resp. Neg.*

Qv. VIII.

An Fur qui rupto laqueo vivus in terram cecidit denuo sit suspendendus? *Resp. Neg.*

Qv. IX.

An Juvenis virgini choream ipsi deneganti, **wann sie ihm den Tantz versagt,** licite possit infligere colaphum? *Resp. Neg.*

Qv. X.

An Doctores juris indistincte non habita ratione neque prioris promotionis Doctoribus Medicinæ in Sessione sint præferendi? *Resp. Aff. per ea quæ habet D. Crusius de Præcedent. lib. 4. cap. 34. per tot.*